





2 hr

B. C. D.

COLLEGII FEVDALIS

AD

B. STRYCKII EXAMEN IURIS FEVD.

CAP. XXI.

DISPVT. XII

DE

SPECIALI IURIS FEVDALIS ALTERO

OBLIGATIONEM EX QVASI CONTRACTV FEVDALI SIVE DEBITA FEVDI INNVENTE

IN ALMA NORICORVM

SVB

PRAESIDIO

D. HENRICI HILDEBRANDI CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.

PLACIDAE AVDITORVM DISQVISITIONI PROPOSITA

AD. D. VIII. ANTE IDVS NOV. A. O. R. c. 19. 1888.

A

M. GEORGIO FRIDERICO DEINLINO

ALTORF,

ALTDORFI

LITERIS IODOCI GVILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.





Optimum negotium, quod in altero speciali membro tractationis nostræ se sistit, est obligatio feudalis ex quasi contractu colligenda (a)

(a) B. Stryck. *E. F. c. 21. per tot. Struv. S. F. c. 14. aph. 4. seqq. Tit. in S. L. R. c. 19. per tot.*
Th. II.

Obligatio nem feudalem quasi ex contractu ad debita & onera feudis añexa subeunda præstandaque, zu Ausführung der Lehn-Schulden/ eo ipso induci autumamus, quo vel dominus feudum apertum recipit, vel successor feudum ad se devolutum acceptat, hocque possidere incipit, licet nec consensus eorundem expressus supervenerit nec ipsi ut hæredes in feudo successerint. (a)

(a) B. Stryck. *E. J. F. c. 21. q. 1. ibique Winziger. Tit. in S. L. R. c. 19. s. 6.*
Th. III.

Nexus hujus obligationis feudalis quasi ex contractu derivandæ, utut præter meliorationum resarcitionem atque alimenta personis inhabilibus præstanda, nec Civili nec Longobardico juri cognitus sit, eundem tamen moribus
in

in Germania generaliter comprobatis natales suos debere, sed nullam per se hypothecam involvere verius censemus. (a)

(a) 2. Feud. 28. §. si vasallus. 1. F. 6. §. Mutus. Horn. J. F. c. 21. §. 4. Tit. in S. L. R. c. 19. §. 4. §. 6. Struv. S. I. F. c. 14. th. 5. §. 27. n. 2. Stryck. cit. cap. 21. qv. 21. in fine. Th. IV.

Sicuti citra nostrum quasi contractum nec dominus nec vasallus ad debitorum a possessore feudi contractorum exsolutionem tenetur; ita debita vasalli, die Erb-Schulden / hujus hæredes duntaxat æque sequi putamus, ac illis onera feudi, die Lehn-Schulden / in quovis feudo præstanda incumbere certum evadit. (a)

(a) 2. F. 45. Stryck. E. F. c. 21. qv. 2. §. 3. Struv. S. F. cap. 14. apb. 3. §. 5.

Th. V.

Debita & onera feudalia non modo arbitramur ea, ob quæ feudum legitime est oppignortum, sed & quæ in feudi utilitatem extant versa, nec minus dotalitium, Nobilibus Leibgedinge / Illustribus Wittumb / elocationem & dotationem filiarum vasalli, sumtus earundem nuptiales, Hochzeit und Geschmuck-Gelder / ut & alimenta inhabilibus præstanda, impensas in funus vasalli factas, & collectas in necessitatis casu feudo impositas; sed residuum pretii, quo feudum

A 2

est

est emtum, debita fructuum & servitorum, zu
 Auffbringung der Lehen-Pferde/ut & pecuniam
 domino oblatam, präsent-Gelder/huc mini-
 me referimus, (a) ut ut dotationem filiorum do-
 mini, die Fräulein-Steuer/suo modo onus quo-
 que feudi, in casu domini directi ad utile rever-
 si & cum hoc consolidati, domino sine habili
 successore defuncto, non inique judicemus. (b)

(a) Stryck. *E. J. F. c. 21. q. 5. & seqq.* Horn. *J. F. c. 21. §. 5. 10. & 13.* Struv. *S. F. c. 14. apb 7.* (b) *arg. 2. Feud. 6.* Georg. Obrecht. *de jur. Feud. L. 3. cap. 14. & 15.* Winzig. *ad Stryck. E. F. c. 18. qv. 33. & c. 21. qu. 26. Tit. III §. 2. K. c. 14. §. 61.*

Th. VI.

Quanquam feudi debita quædam, utputa
 consensu domini contracta & in feudum versa,
 nec non dotalitium, principaliter ex feudo sint
 præstanda, quædam vero, ut educationis, do-
 tationis & alimentorum sumtus, nec non legiti-
 mæ præstatio ac funebres expensæ in subsidi-
 um & excussio demum allodio exfolvenda ve-
 niant; id tamen feudali nostræ obligationi ex
 quasi contractu vel minime obesse putamus. (a)

(a) Stryck. *c. 21. q. 11. & seqq.* Struv. *S. F. c. 14. apb. 18. sqq.* Horn. *J. F. c. 21. §. 3. Diff. nostra de Excuss. al-
 lodii ante feudum per tot.*

Th. VII.

Dotalitium sive usumfructum viduæ va-
 falli

falli in compensationem dotis illatæ constitutum, licet juri feudali ignotum plane, imo ejusdem rationi contrarium habeamus; moribus feudalibus tamen eundem ita cognitum existimamus, ut ejusdem constitutio non modo in feudis regalibus, sed & non regalibus, imo etiam Ecclesiasticis nostræ religionis, (a) utut in his non absque consensu capituli, frequenter, hincque dictæ istud elidatur: **Stiff leidet kein Leib Geding.** (b)

(a) Horn. *J. F. c. 21. § 10.* Stryck. *E. F. c. 21. q. 8. & Diff. de jure vid. Nob. Sax. c. 1 n. 3.* (b) *Idem* Stryck. *cit. diff. c. 1. n. 11.* Myl. ad Ehrenb. *Gamol. pers. Illustr. c. 10. seqq.*

Th. VIII.

Licet ad dotalitii constitutionem non modo vasallus teneatur, nec hic consensu domini & agnatorum, si ejusdem quantitatem non excedit legitimam, opus habeat, nisi statuta aliud exigant, verum etiam ipse dominus & agnati, a vasallo isthoc non constituto, hoc ab onere immunes non sint; vidua tamen vasalli dotalitium ejusmodi sibi constituendum invita non accipit, sed pro libero suo arbitrio vel hoc exposcit, vel dotem illatam repetit, imo nec electum dotalitium ad secunda vota tran-

seus amittit, nisi ita pactum extet: *bisß sic den Wittben Stuhl verrucket* / ast hunc effectum sponsalibus secundorum votorum quam minime tribuimus. (a)

(a) Struv. *Synt. F. c. 14. aph. 9. usque ad 15.* Stryck. *E. F. c. 21. qv. 14. Diff. de jur. vid. Nob. Sax. c. 1. n. 19.*
Horn. *I. F. 21. §. 11. Tit. in L. L. N. c. 18. §. 37.*

Th. IX.

Vtut actualis dotis illatio & versio facta ad dotalitii constitutionem jura efflagitent; promissionem tamen dotis adhuc inferendæ aequæ ac præsumtam dotis versionem heic sufficere quidem putamus, sed hoc in casu non viduæ, sed potius domino & agnatis licentiam vel dotem reddendi, vel dotalitium constituendi relinquimus. (a)

(a) Stryck. *E. F. c. 21. q. 10. §. 11. & Ejus Diff. de jur. vid. Nob. Sax. c. 1. n. 69.* Struv. *S. F. c. 14. S. 5.*

Th. X.

Dotalitii acceptatione dotis repetitionem, nisi aliud conventum, ita impediri censemus, ut quantitatem ejusdem, pro diversitate regionum alias diversam, licet duplicatas usuras duntaxat & non quadruplicatas accèperit, dotem semper absorbere, in concursu tamen reliquis creditis istius præstationem anteferri ducamus, licet æs alienum ante id conflatum extet,

extet, sed dicitur: **Reiche Weiber machen arme Kinder** / in ejusdem constitutione non semper verum judicamus. (a)

(a) Stryck. *E. F. c. 21. q. 13. § 14. sq. ibique* Winziger. *Diff. Ej. de vid. Nob. Sax. jur. c. 1. n. 22.* Struv. *S. F. c. 14. apb. II.*

Th. XI.

Dotalitii quidem constitutionem onus feudi esse æstimamus, sed donationem propter nuptias, mercedem habitationis, **Haus- Geld/ morgengabam & comestibilia, Muß- Theil/** absque consensu domini feudi huc referri debere haud opinamur. (a)

(a) Struv. *S. F. c. 14. apb. II. n. 1.* Stryck. *diff. de vid. Nob. Sax. c. 4. § 5. E. F. c. 21. q. 19. ibiq.* Winz.

Th. XII.

Dotis augmentum sive tantam ex bonis vasalli uxori pro augenda dote assignatam pecuniam, quanta est dimidia dotis, die **Bermehr- und Verbesserung des Heyrath-Guths/** onus feudi cum dote pari passu ambulans censemus. (a)

(a) Stryck. *E. F. c. 21. qu. 17. § 18. ibiq.* Winz.

Th. XIII.

Inter hæc debita feudi, **Lehn- Schulden/** recensita, in concursu prælationem tribuendam


endam esse debitis consensu domini munitis,
arbitramur. (a)

(a) Horn. *l. F. c. 21. §. 2.* Stryck. *de obl. feud. conf. dom. mun. c. 4. n. 5.* & *E. F. c. 21. §. qv. 4.* Tit. in *L. L. R. c. 20. §. 10.*

Th. XIV.

Sicuti Imperii vassallos feudorum regalium ad debita feudalia contrahenda Cæsaris consensu egere haud existimamus; ita nec ab obligationis nexu ex quasi contractu derivandæ eosdem exemptos esse ducimus. (a)

(a) Stryck. *de oblig. feud. conf. dom. mun. n. 4. seqq.* Myl. ab Ehr. in *Nomolog. ord. Imp. c. c. 4. §. 6.* Tit. in *L. R. c. 18. §. 38.* & *§. 79.*







Altdorf, Diss., 1715

ULB Halle

3


004 754 719



f

TA → OL via Ashick

V₁₀
18





B. C. D.
COLLEGII FEVDALIS
AD
B. STRYCKII EXAMEN IVRIS FEVD.
CAP. XXI.
DISPVT. XII
DE
SPECIALI IVRIS FEV-
DALIS ALTERO
OBLIGATIONEM EX QVASI
CONTRACTV FEVDALI SIVE DEBITA
FEVDI INNVENTE
IN ALMA NORICORVM
PRAESIDIO
D. HENRICI HILDEBRANDI
CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.
PLACIDAE AVDITORVM DISQVISIONI
PROPOSITA
AD. D. VIII. ANTE IDVS NOV. A. O. R. c19 lxxxv.

M. GEORGIO FRIDERICO DEINLINO
ALTORF.

ALTDORFI
LITERIS IOODOCI GVILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.